ARISTOTELIS LIBRI

ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ

CAPITE DECIMO.

DISSERTATIO

QUAM

CONSENSU AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
MARBURGENSIS

AD VENIAM LEGENDI IMPETRANDAM

SCRIPSIT ET DIE XXIII. MENS. OCTOBR. A. MDCCCXLIV
PUBLICE DEFENDET

F. TH. WAITZ,

PHILOS. DR.

MARBURGI.
TYPIS ELWERTI ACADEMICIS.

Quum nobis propositum sit decimum caput libri, quem Aristoteles *περὶ ἑρμηνείας* inscripsit, explicare, non videtur ab hoc loco alienum, antequam rem ipsam aggrediamur, primum praemonere quaedam de libro universo, deinde etiam exponere, quomodo singula, de quibus hoc loco disputetur inter se cohaereant et connexa sint, ut, quam rationem habeant quae leguntur capite decimo et ad ea quae praecesserunt et ad ea quae sequuntur, facilius perspiciatur.

Ac primum quidem de libri sinceritate, quam ex graecis interpretibus unus addubitavit Andronicus Rhodius (v. Scholia quae coll. Brandisius p. 94a 21), quum optime disseruerit Brandisius in Museo Rhenano, nos quidem hoc loco copiosius dicere supersedemus, praesertim quum ipsa dicendi ratio, quae in libro *περὶ ἑρμηνείας* obtinet, Aristotelis stilo ita conveniat, ut omnem dubitationem removere videatur. De divisione libri, quam veteres interpretes instituerunt, satis est adscribere quae dicit Ammonius in commentario (Ven. 1545. 8°.) fol. 6 sq.: *εἰς τέσσαρα ἐναργῶς αὐτοῦ τμήματα διαιρουμένου, τὸ μὲν πρῶτόν ἐστι περὶ τῶν ἀρχῶν τοῦ ἀποφαντικοῦ λόγου* (ed. Bkk. p. 16—17a 37) . . . *τὸ δὲ δεύτερον τοῦ βιβλίου κεφάλαιον* (p. 17a 38—19b 19) *παραδίδωσιν ἡμῖν τὰς ἁπλουστάτας προτάσεις, καὶ ἔσται περὶ προτάσεως ἤτοι ἀποφάνσεως ἐξ ὑποκειμένου καὶ κατηγορουμένου· τὸ δὲ τρίτον* (19b 19—21a 33) *τὰς τούτων συνθετωτέρας διὰ τὴν τοῦ προσκατηγορουμένου προσθήκην, καὶ ἔσται περὶ προτάσεως ἤτοι ἀποφάνσεως ἐξ ὑποκειμένου καὶ κατηγορουμένου καὶ τρίτου προσκατηγορουμένου· τὸ δὲ τέταρτον* (21a 34—fin.) *τὰς μετὰ τρόπου προτάσεις*. Apparet inde, si vera est Ammonii sententia, agere Aristotelem in hoc libro de enuntiatione (*περὶ ἀποφαντικοῦ λόγου*), quod quomodo expresserit titulo *περὶ ἑρμηνείας* jam videamus.

Ἑρμηνείαν interpretes recte vertunt »interpretationem«: quare certe idem non est, num librum inscribas *περὶ ἑρμηνείας* an *περὶ ἀποφαντικοῦ λόγου*; attamen quomodo uterque titulus eidem libro conveniat, patebit ex iis quae jam disputari sumus. Aristoteles voce *ἑρμηνείας* ita utitur, ut, ubi minus prematur significatio, *ἑρμηνεία* idem fere sit quod *διάλεκτος*: v. e. g. De anima II. c. 8, p. 420b 19 ed. Bkk. *τῇ γλώττῃ* (intell. *καταχρῆται ἡ φύσις*) *ἐπί τε τὴν γεῦσιν καὶ τὴν διάλεκτον, ὧν ἡ μὲν γεῦσις ἀναγκαῖον, ἡ δ' ἑρμηνεία ἕνεκα τοῦ εὖ*. De respirat. c. 11, p. 476a 19 *τῇ*

γλώττῃ (intell. χρῆται ἡ φύσις) πρός τε τοὺς χυμοὺς καὶ πρὸς τὴν ἑρμηνείαν. Apparet autem ἑρμηνείαν his locis significare signa externa, per quaecunque exprimantur et cum aliis communicentur quae animum afficiant: quare dicit De partt. animall. c. 17, p. 660 a 35 χρῶνται τῇ γλώττῃ (sc. οἱ ὄρνιθες) καὶ πρὸς ἑρμηνείαν ἀλλήλοις πάντες μέν, ἕτεροι δὲ τῶν ἑτέρων μᾶλλον: ἑρμηνεία igitur, quum non solum de homine sed etiam de animalibus quibuscunque dicatur, significat explicationem et interpretationem τῶν τῆς ψυχῆς παθημάτων qualemcunque. Quare haud male Biesius (Die Philosophie des Aristoteles in ihrem inneren Zusammenhange Berl. 1835) I. p. 88: »Der Satz ist der Ausdruck (ἑρμηνεία) des reflectirenden Denkens, welches trennt und verbindet«, Boethium vero (v. ej. comment. in lib. de intp. prooem.) dicentem »Interpretatio (ἑρμηνεία) est vox significativa per se ipsam aliquid significans« jure reprehendit Thomas Aquinas (v. ej. opp. Ven. 1495 fol. 2, a) dicens »Nomen et verbum magis interpretationis principia esse videntur quam interpretatio.« Namque latius patet ἑρμηνεία quam λέξις: dicit enim Aristoteles Poet. c. 6. sub fin., p. 1450 b 14 λέξιν εἶναι τὴν διὰ τῆς ὀνομασίας ἑρμηνείαν. Jam patet ex iis quae diximus non verum esse quod graeci interpretes volunt — v. e. g. Anon. Coisl. 160 in scholiis Brandisii p. 94 a 1: οὐδὲν διαφέρει ἐπιγράψαι περὶ ἑρμηνείας ἢ περὶ ἀποφαντικοῦ λόγου et Ammonium fol. 6 τοῦτο τοίνυν τὸ εἶδος τοῦ λόγου τὸ ἀποφαντικὸν ἑρμηνείαν ἀξιοῖ καλεῖν ὁ Ἀριστοτέλης ὡς ἑρμηνεῦον τὴν γνῶσιν τῆς ψυχῆς: nam ἑρμηνεία non est quod nos vocamus »einfaches logisches Urtheil«, sed quod nos dicimus »sprachliche Mittheilung.« Confirmant hoc quae habet Aristoteles Topic. VI. c. 1 sub fin., p. 139 b 13 ἔστι δὲ τοῦ μὴ καλῶς μέρη δύο, ἓν μὲν τὸ ἀσαφεῖ τῇ ἑρμηνείᾳ κεχρῆσθαι. Quod quum non intelligeret Gumposchius (Ueber die Logik und logischen Schriften des Aristoteles, Lpz. 1839. p. 89), titulum libri plane ineptum judicavit, quem equidem non solum ferendum, sed etiam defendendum putaverim, dummodo ἑρμηνεία intelligatur de communicatione sermonis, cujus principia in hoc libro tradantur: quae quidem principia quum in simplici enuntiatione posita sint, non video quid mirum sit, quod Aristoteles de enuntiatione simplici hoc loco disputet. Ceterum haud multum tribuendum esse Gumposchio de hoc libro judicanti nemo non videbit qui Aristotelem attigerit: dicit enim ib. p. 91: »In dieser kleinen Schrift . . . sind die Zitationen und entlehnten Stellen die Grundsäulen des Ganzen, und fast nichts ist in der ganzen Schrift enthalten, was wir nicht schon anderswo finden, so dass der Verfasser nur unter die Rahme des Urtheils alte Dinge gebracht.«

Sequitur ut explicemus quomodo singula quae in hoc libro exponantur inter se cohaereant: qua quidem explicatione supersedere noluimus, tum quia, si omissa esset, legentes obscuritatem eorum quae dicturi sumus de capite decimo haud immerito reprehenderent, tum quia etiam veteres quidam interpretes librum περὶ ἑρμηνείας tantis difficultatibus laborare putaverunt, ut eum rite explicari omnino non posse arbitrarentur: dicit enim Boethius (opp. ed. Ven. 1566 fol.) in comment. II. hujus libri p. 384: »dicit autem Porphyrius fuisse quosdam sui temporis qui hunc exponerent locum, et

quoniam ab Hermino et Aspasio et Alexandro expositiones singulas proferentes multa contraria et in expositionibus male ab illis editis dissidentia repererunt, arbitratos fuisse librum hunc Arisiotelis ut dignum esset exponi omnino non posse, multosque illo tempore viros totam hujus libri praeteriisse doctrinam, quod inexplicabilem putarent esse caliginem.« Quae quum ita sint, non videtur a proposito alienum brevem totius libri conspectum praemittere, antequam agamus de eo loco, quem ad explicandum nobis elegimus.

Cap. 1. Quam rationem habeant quae animum afficiant ad ea quae horum signa sint externa, exponitur. Verum et falsum ut in animo sic in oratione non in iis sunt quae singula proferuntur, sed in iis quae conjuncta.

Cap. 2. Definitur nomen. Partes nominis et simplicis et compositi nihil per se solae significant. Nomen cum negatione conjunctum non est nomen. Casus nominis a nomine ipso eo differunt, quod cum verbo »esse« conjuncti nihil veri vel falsi habent.

Cap. 3. Verbi definitio, quae per partes explicatur. Neque verbum ipsum cum negatione conjunctum verbum est, neque casus verbi. Verbum, quod per se spectatum nomen est, non significat aliquid veri vel falsi nisi conjunctum cum nomine.

Cap. 4. Definitur oratio. Omissis reliquis orationis generibus in sequentibus agetur de enuntiatione.

Cap. 5. Enuntiatio aut simplex est aut composita: sine verbo enuntiatio esse non potest.

Cap. 6. Enuntiatio aut affirmans est aut negans: omni affirmationi opponi potest negatio quae eam tollit.

Cap. 7. Quae enuntiatio sit universalis, quae particularis, exponitur. Quod praedicatur non debet universum sumi. Quae sint enuntiationes repugnantes, quae contrariae. Contrariae simul verae esse non possunt. E repugnantibus altera utique vera est, altera falsa. Subcontrariae simul verae esse possunt: nam indefinita negatio non idem valet quod universalis. Unius affirmationis una utique est negatio.

Cap. 8. Una est et affirmatio et negatio, in quibus unum de uno pronuntiatur et quae vocem aequivocam non habent.

Cap. 9. Aliter atque in rebus praesentibus et praeteritis res se habet in futuris. Si enim de futuris aut affirmatio vera est aut negatio, casus omnino tollitur; neque non tollitur casus, si neutram veram esse dicas. Quid absurdi consequatur casu sublato ostenditur. Multa sunt quae non fiunt necessario, sed ex casu suspensa sunt. Solvit quaestionem eo, quod de rebus futuris et incertis alterum utrum quidem verum esse debeat (aut affirmatio aut negatio), quamquam alterum (ἀφωρισμένως) verum esse non necesse sit.

Cap. 10. Enuntiationis partes. Quales sint primae enuntiationes ostenditur. Si copula, quae dicitur, adjicitur, quattuor exstant propositiones, quae quam rationem inter se habeant, exponitur; exstant quattuor aliae, si alterum de altero universo praedicatur; aliae, si quod enuntiationi subjectum est sumitur infinitum. In quibus enuntia-

tionibus copula „est“ non exprimitur, latet in verbo. Explicatur quomodo enuntiatio negans convertatur in affirmantem. Nomen vel verbum, cui adjungitur negatio, non est enuntiatio. Mutato vocabulorum ordine non mutatur enuntiatio.

Cap. 11. Si ex pluribus partibus componitur vel quod praedicatur vel quod orationi subjectum est, enuntiatio non est una, nisi res sit una quae pluribus verbis proferri debeat. Exemplo est dialectica quaestio et responsio. Quae separata praedicantur, ea non utique etiam conjuncta. Conjuncta non praedicantur quae non pertinent ad ipsam rei naturam, deinde quae insunt in altero non praedicantur conjuncta cum illo. Quae separata praedicare liceat exponitur.

Cap. 12. De negationibus enuntiationum, quae a recentioribus philosophis modales dicuntur, τοῦ ἀναγκαῖον εἶναι et similium.

Cap. 13. Quae valeat consequentia inter τὸ δυνατόν, τὸ ἐνδεχόμενον, τὸ ἀδύτον et τὸ ἀναγκαῖον, exponitur. Non quodcunque fieri potest, potest etiam non fieri.

Cap. 14. Contrarias enuntiationes eas esse docet, quae idem de eodem affirment et negent.

His expositis ut ad rem ipsam veniamus, jam nobis liceat ipsa Aristotelis verba, quae et ex graeco in latinum translaturi et accuratius exposituri sumus, hic adscribere qualia exhibuimus in editione Organi Aristotelici.

Aristotelis libri περὶ ἑρμηνείας *caput decimum.*

Ed. Bkk. p. 19 b 5 Ἐπεὶ δέ ἐστί τι κατά τινος ἡ κατάφασις σημαίνουσα, τοῦτο δέ ἐστιν ἢ ὄνομα ἢ τὸ ἀνώνυμον, ἓν δὲ δεῖ εἶναι καὶ καθ' ἑνὸς τὸ ἐν τῇ καταφάσει (τὸ δὲ ὄνομα εἴρηται καὶ τὸ ἀνώνυμον πρότερον· τὸ γὰρ οὐκ ἄνθρωπος ὄνομα μὲν οὐ λέγω ἀλλ' ἀόριστον ὄνομα· ἓν γάρ πως σημαίνει καὶ τὸ ἀόριστον. ὥσπερ καὶ τὸ οὐχ ὑγιαίνει οὐ ῥῆμα ἀλλ' ἀόριστον ῥῆμα), ἔσται πᾶσα κατάφασις καὶ ἀπόφασις ἢ ἐξ ὀνόματος καὶ ῥήματος ἢ ἐξ ἀορίστου ὀνόματος καὶ ῥήματος. ἄνευ δὲ ῥήματος οὐδεμία κατάφασις οὐδὲ ἀπόφασις τὸ γὰρ ἔστιν ἢ ἔσται ἢ ἦν ἢ γίνεται, ἢ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ῥήματα ἐκ τῶν κειμένων ἐστί· προσσημαίνει γὰρ χρόνον. ὥστε πρώτη ἔσται κατάφασις καὶ ἀπόφασις τὸ ἔστιν ἄνθρωπος — οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος, εἶτα ἔστιν οὐκ ἄνθρωπος — οὐκ ἔστιν οὐκ ἄνθρωπος, πάλιν ἔστι πᾶς ἄνθρωπος — οὐκ ἔστι πᾶς ἄνθρωπος,

---

5 τι κατά τινος post σημαίνουσα habet *i.* — 6 pr ἢ om *Ce* et pr *d.* — καὶ] ἢ μὴ εἶναι καὶ, sed καὶ rc *n*, om *a.* — 7 τὸ] καὶ τὸ *b.* — καταφάσει corr *n.* — τὸ δὲ . . . καὶ τὸ] τί δὲ . . . καὶ τί editi plerique. — 9 καὶ om *n.* — τὸ rc *n.* — ἀόριστον ὄνομα ὥσπερ *e.* — τὸ om *i.* — 10 ῥῆμα λέγω ἀλλ' *e.* — ἀλλ' ἀ. ῥῆμα rc supra vers. *n.* — ἔσται] ἔσται γὰρ *e*, ἔσται οὖν *i.* — 11 καὶ ἀπόφασις om *en*, — ἢ ἔσται post γίνεται pos *ei.* — 15 ἔσται om *en.* — 16 tert οὐκ rc mg. *A.*

ἔστι πᾶς οὐκ ἄνθρωπος — οὐκ ἔστι πᾶς οὐκ ἄνθρωπος. καὶ ἐπὶ τῶν ἐκτὸς δὲ χρόνων ὁ αὐτὸς λόγος. ὅταν δὲ τὸ ἔστι τρίτον προσκατηγορῆται, ἤδη διχῶς λέγονται αἱ ἀντιθέσεις. λέγω δὲ οἷον ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος· τὸ ἔστι τρίτον φημὶ συγκεῖσθαι ὄνομα ἢ ῥῆμα ἐν τῇ καταφάσει ὥστε διὰ τοῦτο τέτταρα ἔσται ταῦτα, ὧν τὰ μὲν δύο πρὸς τὴν κατάφασιν καὶ ἀπόφασιν ἕξει κατὰ τὸ στοιχοῦν ὡς αἱ στερήσεις, τὰ δὲ δύο οὔ. λέγω δ' ὅτι τὸ ἔστιν ἢ τῷ ἀνθρώπῳ προσκείσεται ἢ τῷ οὐκ ἀνθρώπῳ, ὥστε καὶ ἡ ἀπόφασις. τέτταρα οὖν ἔσται. νοοῦμεν δὲ τὸ λεγόμενον ἐκ τῶν ὑπογεγραμμένων. ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος· ἀπόφασις τούτου, οὐκ ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος. ἔστιν οὐ δίκαιος ἄνθρωπος· τούτου ἀπόφασις, οὐκ ἔστιν οὐ δίκαιος ἄνθρωπος. τὸ γὰρ ἔστιν ἐνταῦθα καὶ τὸ οὐκ ἔστι τῷ ἀνθρώπῳ προσκείσεται καὶ τῷ οὐκ ἀνθρώπῳ. ταῦτα μὲν οὖν, ὥσπερ ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς εἴρηται, οὕτω τέτακται. ὁμοίως δὲ ἔχει κἂν καθόλου τοῦ ὀνόματος ᾖ ἡ κατάφασις, οἷον πᾶς ἐστὶν ἄνθρωπος δίκαιος. ἀπόφασις τούτου, οὐ πᾶς ἐστὶν ἄνθρωπος δίκαιος. πᾶς ἐστὶν ἄνθρωπος οὐ δίκαιος — οὐ πᾶς ἐστὶν ἄνθρωπος οὐ δίκαιος. πλὴν οὐχ ὁμοίως τὰς κατὰ διάμετρον ἐνδέχεται συναληθεύειν· ἐνδέχεται δὲ ποτέ. αὗται μὲν οὖν δύο ἀντίκεινται, ἄλλαι δὲ πρὸς τὸ οὐκ ἄνθρωπος ὡς ὑποκείμενόν τι προστεθέντος· ἔστι δίκαιος οὐκ ἄνθρωπος — οὐκ p. 20 ἔστι δίκαιος οὐκ ἄνθρωπος, ἔστιν οὐ δίκαιος οὐκ ἄνθρωπος — οὐκ ἔστιν οὐ δίκαιος οὐκ ἄνθρωπος. πλείους δὲ τούτων οὐκ ἔσονται ἀντιθέσεις. αὗται δὲ χωρὶς ἐκείνων αὐταὶ καθ' ἑαυτὰς ἔσονται, ὡς ὀνόματι τῷ οὐκ ἄνθρωπος προσχρώμεναι. ἐφ' ὅσων δὲ τὸ ἔστι μὴ ἁρμόττει, οἷον ἐπὶ τοῦ ὑγιαίνει καὶ βαδίζει, ἐπὶ τούτων τὸ αὐτὸ ποιεῖ οὕτω τιθέμενον ὡς ἂν εἰ τὸ ἔστι προσήπτετο, οἷον ὑγιαίνει πᾶς ἄνθρωπος — οὐχ ὑγιαίνει πᾶς ἄνθρωπος, ὑγιαίνει πᾶς οὐκ ἄνθρωπος — οὐχ ὑγιαίνει πᾶς οὐκ ἄθρωπος.

19 δὲ om n. — προσκατηγορηθῇ n. — 20 ἤδη om n. — 21 ἄνθρ. δίκαιος f. — 22 φάσει e. — ταῦτ' ἔσται e. — 24 ὅτι om c. — 25 et 30 ἀνθρώπῳ] δικαίῳ codices. — πρόσκειται pr d. — 26 νοῶμεν Cf. — 27 τούτου ἀπόφασις ef. — 30 πρόσκειται n ante ταῦτα habet, CKe ibidem προσκείσται. — καὶ] ἢ Kf. — 31 λέγεται codices. — 32 ἕξει e. — 33 δίκαιος ἄνθρ. n, bis K. — τούτου om n. — 36 συναληθεύεσθαι B, ἀληθεύειν a, ἀληθεύεσθαι n, συναληθεύειν ἀλλήλαις K. — 37 οὖν αἱ δύο u. — οὖν om b. — ἀντίκειται B, ἀντίκεινται ἀλλήλαις ἄλλαι deuf. — 37 δύο post δὲ add BCKaef, rec d. — 38 προστεθὲν in fin. corr ABd, προστιθέντες abenu, rc f. — ἔστι] οἷόν ἐστι ub, corr n, οἷόν ἐστι οἷον rec f. — ἔστι . . . ἄνθρωπος om C et pr d.

20a2 εἰσὶν n. — ἐκείνων χωρὶς n. — αὐτάς en. — 3 ἔσονται corr n. — χρώμεναι ACdfn. — 4 ἐφαρμόττει A. — οὐχ ἁρμόττει K. — ὑγιαίνειν καὶ βαδίζειν CKdfnu. — τὸ pr om n. — 5 τιθέμενας corr u, pr n. — 6 ante οἷον plura vbb del n. — οἷόν ἐστιν d.

οὐ γάρ ἐστι τὸ οὐ πᾶς ἄνθρωπος λεκτέον, ἀλλὰ τὸ οὔ, τὴν ἀπόφασιν, τῷ ἄνθρωπος προσθετέον. τὸ γὰρ πᾶς οὐ τὸ καθόλου σημαίνει, ἀλλ' ὅτι καθόλου. δῆλον δὲ ἐκ τοῦδε, ὑγιαίνει ἄνθρωπος — οὐχ ὑγιαίνει ἄνθρωπος. ὑγιαίνει οὐκ ἄνθρωπος — οὐχ ὑγιαίνει οὐκ ἄνθρωπος. ταῦτα γὰρ ἐκείνων διαφέρει τῷ μὴ καθόλου. ὥστε τὸ πᾶς ἢ μηδεὶς οὐδὲν ἄλλο προσσημαίνει ἢ ὅτι καθόλου τοῦ ὀνόματος ἢ κατάφασιν ἢ ἀπόφασιν. τὰ δὲ ἄλλα τὰ αὐτὰ δεῖ προστιθέναι.

Ἐπεὶ δὲ ἐναντία ἀπόφασίς ἐστι τῇ ἅπαν ἐστὶ ζῷον δίκαιον ἡ σημαίνουσα ὅτι οὐδέν ἐστι ζῷον δίκαιον, αὗται μὲν φανερὸν ὅτι οὐδέποτε ἔσονται οὔτε ἀληθεῖς ἅμα οὔτε ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, αἱ δὲ ἀντικείμεναι ταύταις ἔσονταί ποτε. οἷον οὐ πᾶν ζῷον δίκαιον καὶ ἔστι τι ζῷον δίκαιον. ἀκολουθοῦσι δὲ αὗται, τῇ μὲν πᾶς ἄνθρωπος οὐ δίκαιός ἐστιν ἡ οὐδείς ἐστιν ἄνθρωπος δίκαιος, τῇ δὲ ἔστι τις ἄνθρωπος δίκαιος ἡ ἀντικειμένη ὅτι οὐ πᾶς ἄνθρωπός ἐστιν οὐ δίκαιος· ἀνάγκη γὰρ εἶναί τινα. φανερὸν δὲ ὅτι καὶ ἐπὶ μὲν τῶν καθ' ἕκαστον, εἰ ἀληθὲς ἐρωτηθέντα ἀποφῆσαι, ὅτι καὶ καταφῆσαι ἀληθές· οἷον ἆρά γε Σωκράτης σοφός; οὔ. Σωκράτης ἄρα οὐ σοφός. ἐπὶ δὲ τῶν καθόλου οὐκ ἀληθὴς ἡ ὁμοίως λεγομένη, ἀληθὴς δὲ ἡ ἀπόφασις, οἷον ἆρά γε πᾶς ἄνθρωπος σοφός; οὔ. πᾶς ἄρα ἄνθρωπος οὐ σοφός· τοῦτο γὰρ ψεῦδος. ἀλλὰ τὸ οὐ πᾶς ἄρα ἄνθρωπος σοφός ἀληθές· αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἀντικειμένη, ἐκείνη δὲ ἡ ἐναντία.

Αἱ δὲ κατὰ τὰ ἀόριστα ἀντικείμεναι ὀνόματα καὶ ῥήματα, οἷον ἐπὶ τοῦ μὴ ἄνθρωπος καὶ μὴ δίκαιος, ὥσπερ ἀποφάσεις ἄνευ ὀνόματος καὶ ῥήματος δόξαιεν ἂν εἶναι. οὐκ εἰσὶ δέ· ἀεὶ γὰρ ἀληθεύειν ἀνάγκη ἢ ψεύδεσθαι τὴν ἀπόφασιν, ὁ δ' εἰπὼν οὐκ ἄνθρωπος οὐδὲν μᾶλλον τοῦ ἄνθρωπος ἀλλὰ καὶ ἧττον ἠλήθευκέ τι ἢ ἔψευσται, ἐὰν μήτι προστεθῇ. σημαίνει δὲ τὸ ἔστι πᾶς οὐκ ἄνθρωπος δίκαιος οὐδεμιᾷ ἐκείνων ταὐτόν, οὐδὲ ἡ ἀντικειμένη ταύτῃ ἡ οὐκ ἔστι πᾶς οὐκ ἄνθρωπος δίκαιος· τὸ δὲ πᾶς οὐ δίκαιος οὐκ ἄνθρωπος τῷ οὐδεὶς δίκαιος οὐκ ἄνθρωπος ταὐτὸν σημαίνει.

---

9 τῷ ἀνθρώπῳ C. — 12 καθόλου εἶναι. ὥστε Ae. rec d. — 13 ἢ οὐδείς A, ἢ τὸ μηδείς Ceu. — οὐθὲν u. — 14 pr ἢ pr om n. — καταφήσειν ἢ ἀποφήσειν e. — ταῦτα n. — 17 ζῷόν ἐστι n. — 18 ἀληθεῖς οὔτε f. — ταὐτοῦ n. — 20 ἡ μὲν (τῇ μὲν b) οὐδεὶς ἄνθρ. δίκαιος τῇ (ἡ b) πᾶς ἐστὶν ἄνθρ. οὐ δίκ. nb. — 22 δίκ. ἄνθρ. n. — πᾶς ἐστὶν ἄνθρ. Cn. — 23 ἐστιν om e. — δὲ] οὖν f. — δὴ corr C. — 24 καὶ ὅτι An. — καὶ om CKe. — ἕκαστα Be, corr d. — 29 ἄρα fort pr om u. — 30 δέ] δέ γε n. — 31 ἀντικείμενα ante 32 οἷον e. — 33 δόξειεν ABCGf, δόξαιαν corr K qui prius δόξειεν, δόξαιεν corr d. — 34 ἀνάγκη ἀληθεύειν e. — 35 οὐθὲν n. — εἰπόντος post τοῦ add Afu, rc K, post ἄνθρωπος e. — 40 οὐκ ἄνθρωπος om n.

Μετατιθέμενα δὲ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ ῥήματα ταὐτὸν σημαίνει, οἷον ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος, ἔστιν ἄνθρωπος λευκός. εἰ γὰρ μὴ τοῦτό ἐστι, τοῦ αὐτοῦ πλείους ἔσονται ἀποφάσεις. ἀλλ' ἐδέδεικτο ὅτι μία μιᾶς. τοῦ μὲν γὰρ ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος ἀπόφασις τὸ οὐκ ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος· τοῦ δὲ ἔστιν ἄνθρωπος λευκός, εἰ μὴ ἡ αὐτή ἐστι τῇ ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος, ἔσται ἀπόφασις ἤτοι τὸ οὐκ ἔστιν οὐκ ἄνθρωπος λευκός ἢ τὸ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος λευκός. ἀλλ' ἡ ἑτέρα μέν ἐστιν ἀπόφασις τοῦ ἔστιν οὐκ ἄνθρωπος λευκός, ἡ ἑτέρα δὲ τοῦ ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος, ὥστε ἔσονται δύο μιᾶς. ὅτι μὲν οὖν μετατιθεμένου τοῦ ὀνόματος καὶ τοῦ ῥήματος ἡ αὐτὴ γίνεται κατάφασις καὶ ἀπόφασις, δῆλον. *b*

---

20 b 4 *ἀλλὰ δέδεικται ef.* — *ὅτι* om *e.* — 7 *ἔσται*] *ἔσται ἢ n.* — 8 *λευκὸς ἄνθρωπος AGKdefu.*

Notandum est a recensione J. Bekkeri, cujus notas in varia lectione indicanda adoptavimus, novem locis nos recessisse, quos, ne legentibus conferenda sint quae Bekkerus dederit et quae nos exhibuerimus Aristotelis verba, ut facilius intelligatur quid mutaverimus, hic indicabimus.

Bekkerus 19 b 25 *ἀνθρώπῳ* **bis, ubi nos** *δικαίῳ*.
19 b 30 Eadem mutatio facta est.
Bekkerus 19 b 31 *λέγεται*, **nos** *εἴρηται*.
19 b 37 *δύο* **post** *δὲ* **adjecit, quod omisimus.**
19 b 38 *προστεθέν*, **nos** *προστεθέντος*.
20 a 2 *χρώμεναι*, **nos** *προσχρώμεναι*.
20 a 13 *εἶναι* **ante** *ὥστε* **adjecit, quod omisimus.**
Ibid. *οὐδεὶς*, **nos** *μηδείς*.
20 a 24 *καὶ ὅτι*, **nos** *ὅτι καί*.
20 a 33 *δόξειαν*, **nos** *δόξαιεν*.
20 a 35 *εἰπόντος* **addidit post** *τοῦ*, **quod omisimus.**

Reliquum est codicum, quibus usi sumus, notitiam adjicere, quamquam de pretio, quod singulis libris statuendum sit, disserere hujus loci non est: quare lectorem ad ea delegamus, quae in Praefatione libri nostri de codicum bonitate disputavimus.

***A.* Urbinas 35.**
***B.* Marcianus 201.**
***C.* Coislinianus 330.**
***G.* Laurentianus 72, 17.**
***K.* Vaticanus 241.**
***a.* Angelicus C, 3, 13.**
***b.* Angelicus C, 3, 16.**

d. Laurentianus 72, 5
e. Laurentianus 72, 3.
f. Marcian. Append. IV, 5.
i. Laurentianus 72, 15.
n. Ambrosianus L, 93.
u. Basileensis F, II, 21.

Latine vertimus quae supra dedimus hoc modo.

Quum vero aliquid de aliquo praedicari affirmatio significet, hoc autem aut nomen sit aut nomine vacans, id vero quod affirmatione proferatur unum debeat esse et de uno praedicari (nomen autem et nomine vacans quid sit, antea dictum est, nam Non-homo nomen quidem non dico, sed infinitum nomen: nam unum quodammodo significat etiam quod infinitum est; sicut etiam Non-valet non verbum, sed infinitum verbum), omnis affirmatio et negatio constabit aut ex nomine et verbo aut ex infinito nomine et verbo. Sine verbo vero neque affirmatio neque negatio esse potest: nam Est vel Erit vel Erat vel Fit vel quaecunque id genus alia verba sunt ex iis quae posuimus: nam simul etiam temporis notionem habent. Quare prima affirmatio et negatio erit Est homo — Non est homo, deinde Est Non-homo — Non est Non-homo, rursus Est omnis homo — Non est omnis homo, Est omnis Non-homo — Non est omnis Non-homo, Est omnis Non-homo — Non est omnis Non-homo. Et temporum externorum eadem ratio est. Quum vero Est tertium adjicitur, jam duplex nascitur enuntiationum oppositio. Dico e. g. Est justus homo; Est in hac affirmatione tertium dico additum esse nomen vel verbum, ut per hoc quattuor exstent enuntiationes inter se oppositae, quarum duae ad affirmationem et negationem se habebunt, quoad consequentiam sicut privationes, duae vero non ita. Dico autem verbum Est aut homini adjectum esse aut Non-homini, quare etiam negatio. Quattuor igitur erunt: intelligimus autem quod dictum est ex iis quae infra descripta sunt. Est justus homo; negatio ejus Non est justus homo. Est non justus homo, ejus negatio Non est non justus homo. Nam verbum est et Non-est hic cum homine et Non-homine conjungitur. Haec igitur ita disposita sunt, sicut in Analyticis dictum est. Eodem modo autem res se habet, etiam si ad universum nomen affirmatio pertinet, ut Omnis homo est justus, negatio ejus Non omnis homo est justus. Omnis homo est non justus — non omnis homo est non justus. Praeterquam quod non item contingit enuntiationes e diametro oppositas simul veras esse posse, aliquando autem contingit. Hae duae igitur inter se oppositae sunt, aliae vero oppositae sunt, si quid adjicitur ad Non-hominem sicut ad subjectum. Est justus Non-homo — Non est justus Non-homo. Est non justus Non-homo — Non est non justus Non-homo. Plures vero oppositiones quam hae non exsistunt; hae autem ab illis sejunctae per se solas consistunt, ut quae nomen (subjectum) habeant Non-hominem. Quibus autem verbum Est non convenit, ut si dico Valet, Ambnlat, in iis verbum idem efficit ita collocatum, ac si Est additum esset, e. g. Valet omnis homo — Non valet omnis

homo, Valet omnis Non-homo — Non valet omnis Non-homo. Nam non dicendum est Omnis homo, sed Non, negatio, cum homine conjungenda est. Nam quod additur omnis, id non significat alterum universe praedicari de altero, sed de universo altero. Manifestum vero id est ex hoc Valet homo — Non valet homo, Valet Non-homo — Non valet Non-homo. Namque haec ab illis differunt eo, quod non de universo praedicatur alterum: quare, si additur omnis vel nullus, id nihil aliud significat quam affirmationem vel negationem de universo nomine accipiendam esse. Reliqua autem eadem adjicienda sunt.

Quum vero affirmationi Omne animal justum est contraria sit negatio, quae nullum animal justum esse contendit, has quidem neque unquam simul veras esse neque de eodem enuntiari posse manifestum est, quae vero his oppositae sunt interdum poterunt, e. g. Non omne animal justum est et Est aliquod animal justum. Harum vero alteri altera consequitur, enuntiationi Omnis homo non justus est enuntiatio Nullus homo justus est, et enuntiationi Est aliquis homo justus enuntiatio Non omnis homo non justus est: nam necesse est aliquem esse justum. Apparet autem de rebus singularibus interrogatum aliquem, si verum sit negare, recte eum etiam affirmare. sicut Estne Socrates sapiens? Non. Socrates igitur non sapiens. De rebus universalibus vero affirmatio non vera est, quae hoc modo profertur, sed negatio vera est, sicut Estne omnis homo sapiens? Non. Omnis homo igitur non sapiens: nam hoc falsum est, verum est autem Non omnis homo sapiens: haec enuntiatio autem alteri oppossita est, illa vero contraria.

Infinitorum vero nominum et verborum oppositiones, ut in Non-homo et Non-justus, negationum quodammodo, quae nomine et verbo careant, speciem habent, sed revera non sunt negationes: utique enim necesse est negationem veram vel falsam esse, at qui dicit Non-homo non magis quam qui dicit Homo, sed etiam minus protulit aliquid veri vel falsi, nisi si quid adjiciatur. Enuntiatio autem Omnis Non-homo justus est non idem significat quod quaecunque illarum, neque quae huic opposita est Non est omnis Non-homo justus. Omnis non justus Non homo est vero idem significat quod Nullus justus Non-homo est.

Transposita autem nomina et verba idem significant, sicut Est albus homo, Est homo albus. Nam si hoc non est, ejusdem enuntiationis plures negationes erunt. Demonstratum est autem unam esse unius. Nam enuntiationis Est albus homo negatio est. Non est albus homo, enuntiationis vero Homo albus est, si non eadem est negatio quae enuntiationis Est albus homo, negatio erit aut Non est Non-homo albus aut Non est homo albus. Altera autem negatio est enuntiationis Est Non-homo albus, altera vero enuntiationis Est albus homo: quare unius duae negationes erunt. Transposito igitur nomine et verbo eandem fieri affirmationem et negationem apparet.

Qua de re agatur hoc capite jam supra indicavimus: namque 19b5—14 quae sint simplicis enuntiationis partes exponitur. Restat igitur, ut dicamus de singulis. 19b5 ἐστί τι κατά τινος ἡ κατάφασις. Quamquam in priori orationis membro affir-

mationem solam commemoravit, tamen in apodosi vs. 11 etiam de negatione loquitur; quod inde factum est, quod *κατάφασις* non solum affirmationem, sed etiam enuntiationem universam significat. Nam *φάσις*, quamquam quibusdam locis ponitur pro *καταφάσει* — v. e. g. De anima II. c. 6, p. 430b26 *ἔστι δ' ἡ μὲν φάσις τὶ κατά τινος, ὥσπερ ἡ κατάφασις, καὶ ἀληθὴς ἢ ψευδὴς πᾶσα.* Metaphys. Γ c. 4 p. 1008a34 *ἔτι εἰ ὅταν ἡ φάσις ἀληθὴς ᾖ, ἡ ἀπόφασις ψευδὴς* . . . De interpret. c. 12, p. 21b21 *φάσεις καὶ ἀποφάσεις* — tamen ubi altera ab altera distinguitur, *κατάφασις* est enuntiatio, qua alterum de altero praedicatur, *φάσις* vero quodcunque pronuntiatur: v. De interp. c. 5, p. 17a17 *τὸ μὲν οὖν ὄνομα ἢ ῥῆμα φάσις ἔστω μόνον, ἐπειδὴ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν οὕτω δηλοῦντά τι τῇ φωνῇ ὥστε ἀποφαίνεσθαι*, quibus adde ejusd. lib. c. 6 init., p. 17a25 *κατάφασις δέ ἐστιν ἀπόφανσίς τινος κατά τινος*: quare opponuntur ib. c. 4., p. 16b27 *ὡς φάσις, ἀλλ' οὐχ ὡς κατάφασις ἢ ἀπόφασις.* — *τὶ κατά τινος* tum enuntiationem universam, tum, ubi opponitur *τῷ τὶ ἀπό τινος*, quod enuntiationem negantem exprimit, affirmantem apud Aristotelem significat: v. Analyt. post. I. c. 2, p. 72a13 *μόριον δ' ἀντιφάσεως τὸ μὲν τὶ κατά τινος κατάφασις, τὸ δὲ τὶ ἀπό τινος ἀπόφασις*: quare sibi opponuntur *λέγεσθαι κατά τινος* et *λέγεσθαι ἀπό τινος*, Analyt. prior. II. c. 15, p. 64a14 *ἀεὶ γὰρ τὸ μέσον ἐστὶν ὃ ἀπὸ θατέρου μὲν ἀποφατικῶς λέγεται, κατὰ θατέρου δὲ καταφατικῶς.* Ib. c. 16, p. 65a35 *ὅταν δ' ἀποφατικῶς, ὅταν τὰ αὐτὰ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.*

19b6 *τοῦτο* intell. *τὸ κατά τινος λεγόμενον ἤτοι τὸ κατηγορούμενον*, quod vs. sq. dicit *τὸ ἐν τῇ καταφάσει.* — *ἀνώνυμον* vocat *τὸ ἀόριστον ὄνομα* (namque verbis *εἴρηται πρότερον* respicit ad hujus libri c. 2, p. 16a19, ubi dicit *ὄνομα μὲν οὖν ἐστὶ φωνὴ σημαντικὴ κατὰ συνθήκην ἄνευ χρόνου, ἧς μηδὲν μέρος ἐστὶ σημαντικὸν κεχωρισμένον*, et ib. vs. 30 sqq. *τὸ δ' οὐκ ἄνθρωπος οὐκ ὄνομα . . . ἀλλ' ἔστω ὄνομα ἀόριστον, ὅτι ὁμοίως ἐφ' ὁτουοῦν ὑπάρχει καὶ ὄντος καὶ μὴ ὄντος*), quod ex sequentibus apparet, quamquam *τὸ ἀνώνυμον* alium sensum habere solet apud Aristotelem; plenius enim dicit Histor. animall. IX c. 10 init., p. 623b5 *ὃ ἑνὶ μὲν ὀνόματι ἀνώνυμόν ἐστιν* et ib. I. c. 5, p. 490a13 *ἀνώνυμα ἑνὶ ὀνόματι*, quae non uno nomine generali complecti licet, Analyt. post. I. c. 5, p. 74a21 *διὰ τὸ μὴ εἶναι ὠνομασμένον τι πάντα ταῦτα ἕν.* Sic De anima II. c. 7 init., p. 418a27 *ὁρατὸν δ' ἐστὶν χρῶμά τε καὶ ὃ λόγῳ μὲν ἔστιν εἰπεῖν ἀνώνυμον δὲ τυγχάνει ὄν.* De partt. animall. I. c. 4, p. 644b5 *εἴ τι ἄλλο ἐστὶν ἀνώνυμον μέν, τῷ γένει δ' ὁμοίως περιέχει τὰ ἐν αὐτῷ εἴδη.* Quaedam virtutes medium locum inter contraria vitia tenentes *ἀνώνυμοι* sunt: v. Ethic. Nicomach. IV. c. 10, p. 1125b17 *ἀνωνύμου δ' οὔσης τῆς μεσότητος, ὡς ἐρήμης ἔοικεν ἀμφισβητεῖν τὰ ἄκρα.* Ib. c. 11 init., p. 1125b26 *πραότης δ' ἐστὶ μὲν μεσότης περὶ ὀργάς, ἀνωνύμου δ' ὄντος τοῦ μέσου, σχεδὸν δὲ καὶ τῶν ἄκρων, ἐπὶ τὸν μέσον τὴν πραότητα φέρομεν, πρὸς τὴν ἔλλειψιν ἀποκλίνουσαν, ἀνώνυμον οὖσαν.* Ib. c. 13 init. p. 1127a14 *περὶ τὰ αὐτὰ δὲ σχεδόν ἐστι καὶ ἡ τῆς ἀλαζονείας μεσότης ἀνώνυμος δὲ καὶ*

αὐτή. Etiam comparativus occurrit Histor. animall. IV. c. 2, p. 525 b 6 οἱ δ' ἄλλοι ἐλάττους καὶ ἀνωνυμώτεροι, h. e. minores sunt eorumque nomina minus nota: nisi melius hoc explicatur eodem modo atque Meteorolog. IV. c. 3, p. 381 b 15 ἀνωνυμώτερον δέ, h e. ἀνώνυμον δὲ τάχ' ἂν εἴη.

19 b 12 ἄνευ δὲ ῥήματος οὐδεμία κατάφασις οὐδὲ ἀπόφασις: vide enim quae dixit cap. 5, p. 17 a 10 ἀνάγκη δὲ πάντα λόγον ἀποφαντικὸν ἐκ ῥήματος εἶναι ἢ πτώσεως ῥήματος· καὶ γὰρ ὁ τοῦ ἀνθρώπου λόγος, ἐὰν μὴ τὸ ἔστιν ἢ ἦν ἢ ἔσται ἤ τι τοιοῦτον πρόστεθῇ, οὔπω λόγος ἀποφαντικός.

19 b 14 ῥήματα ἐκ τῶν κειμένων ἐστί, h. e. verba sunt secundum definitionem quam supra proposuimus c. 3, p. 16 b 6 ῥῆμα δέ ἐστι τὸ προσσημαῖνον χρόνον, οὗ μέρος οὐδὲν σιμαίνει χωρίς, καὶ ἔστιν ἀεὶ τῶν καθ' ἑτέρου λεγομένων σημεῖον. κείμενον sive ὑποκείμενον satis frequenti usu apud Aristotelem idem est quod ὑποτεθέν sive ὑπόθεσις, cf. Analyt. prior. I. c. 27, p. 43 a 37 ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τὸ ἄνω πορευομένοις ἵσταταί ποτε, πάλιν ἐροῦμεν, νῦν δ' ἔστω τοῦτο κείμενον. Ib. II. c. 12 p. 62 a 27 ἔστω γὰρ φανερὸν ὅτι παντὶ τῷ Β ὑπάρχει τὸ Γ, ὥστε ψεῦδος τὸ ὑποκείμενον (consequens erat enim eorum quae supra posuit ὅτι οὐ πάντι τῷ Β τὸ Γ ὑπάρχει): quare juxta ponit τεθέντων et κειμένων. Ib. I. c. 1, p. 24 b 19 συλλογισμὸς δέ ἐστι λόγος ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει τῷ ταῦτα εἶναι. τούτων δὲ ὑποκεμένων est loquendi formula Aristoteli tritissima, v. Politic. VI. c. 2, p. 1317 b 17; Rhetoric. II. c. 4, p. 1381 a 3; Physic. Auscultat. IV. c. 4, p. 211 a 6; cf. ib. IV. c. 11, p. 219 a 30 τὸ γὰρ ὁριζόμενον τῷ νῦν χρόνος εἶναι δοκεῖ· καὶ ὑποκείσθω.

19 b 15 — 19 quales sint primae enuntiationes ostenditur. πρώτη ἔσται κατάφασις. Enuntiationem simplicissimam dicit primam, quippe a qua reliquae omnes originem habeant. Item Rhetoric. I. c. 2, p. 1357 a 17 et Metaphys. Δ c. 3, p. 1014 b 2 (εἰσὶ δὲ τοιοῦτοι συλλογισμοὶ οἱ πρῶτοι ἐκ τῶν τριῶν δι' ἑνὸς μέσου) πρῶτον συλλογισμὸν dicit eum qui fit ex tribus terminis, quorum unus interponitur medius. Eundem significat Analyt. prior. I. c. 28, p. 44 b 6 δῆλον δὲ καὶ ὅτι διὰ τῶν τριῶν ὅρων καὶ τῶν δύο προτάσεων ἡ σκέψις, ib. c. 41, p. 49 b 28 ἐν δὴ τοῖς τρισὶν ὅροις, Analyt. poster. I. c. 25, p. 86 b 7 ἀμφότεραι μὲν οὖν διά τε ὅρων τριῶν καὶ προτάσεων δύο δείκνυνται.

19 b 19 καὶ ἐπὶ τῶν ἐκτὸς δὲ χρόνων, intell. ἐπὶ τῶν ἐκτὸς τοῦ νῦν: praeteritum tempus dicit et futurum, quae huj. libri cap. 3, p. 16 b 18 appellavit τὸν πέριξ (χρόνον).

19 b 19—31 Si copula, quae dicitur, additur, quattuor exstant enuntiationes, quae quam rationem inter se habeant exponitur.

19 b 22 διὰ τοῦτο bene explicat Ammonius διὰ τὸ διχῶς λέγεσθαι τὰς ἀντιθέσεις, quae quid sibi velint patebit ex sequentibus. Vs. 23 et 24 quantum vexaverint interpretes videre licet ex Ammonio (Schol. Brandisii p. 122 a 12 sqq.), qui in re desperata lamentationibus Aristotelem persequitur. Plana erunt omnia, si bene perspexerimus quae leguntur in Analyt. prior. I. c. 46, p. 51 b 36—52 a 17, ubi

eadem res uberius exponitur. Res autem sic se habet. κατὰ τὸ στοιχοῦν idem est quod κατ' ἀκολουθίαν, secundum seriem, quam illae enuntiationes faciunt, hoc est secundum ordinem, quo altera alteri consequitur eaque continetur. Quod in Analyticis tradit hoc est. Sit A τό εἶναι ἴσον, B τὸ μὴ εἶναι ἴσον, Γ τὸ εἶναι μὴ ἴσον, Δ τὸ μὴ εἶναι μὴ ἴσον. In his igitur B consequens est τοῦ Γ et Δ consequens τοῦ A. Deinde docet (p. 52a 15), si γ sit τὸ εἶναι ἄνισον et δ τὸ μὴ εἶναι ἄνισον, item esse B consequens τοῦ γ et δ consequens τοῦ A: unde sequitur quod nostro loco dicit τὰ μὲν δύο (intell. Γ et Δ) πρὸς τὴν κατάφασιν (τὸ A dicit) καὶ ἀπόφασιν (τὸ B intell.) ἕξει κατὰ τὸ στοιχοῦν (namque B consequens est τοῦ Γ et Δ consequens τοῦ A) ὡς αἱ στερήσεις (γ et δ: nam B etiam consequens est τοῦ γ et δ consequens τοῦ A). Ut signis mathematicis utar, est proportio Γ: B = γ: B et Δ : A = δ: A. Namque ut Γ est antecedens τοῦ B, sic etiam γ (ἡ στέρησις) antecedens est τοῦ B, et ut Δ est consequens τοῦ A, sic etiam δ (ἡ στέρησις) est consequens τοῦ A. Addit vs. 24 τὰ δὲ δύο οὔ: nam A et B non eandem rationem habent ad Δ et Γ, quam habent δ et γ ad Δ et Γ, quod ut demonstremus non opus est.

19b 25 et 30. Omnes codices habent δικαίῳ pro ἀνθρώπῳ et οὐ δικαίῳ pro οὐκ ἀνθρώπῳ. Nostram lectionem in multis libris exstitisse Ammonius tradit (v. Scholia Brandisii p. 122b 47). Boethius et ipse eandem habuit et Herminum, Porphyrium et Alexandrum eam habuisse auctor est: unde apparet lectionem ἀνθρώπῳ et οὐκ ἀνθρώπῳ antiquiorem esse et in contextum recipiendam propter ipsam difficultatem, quam habeat, si ferri possit. Alexandri auctoritas fecisse videtur, ut in codicibus nostris non reperiatur: hic enim primus eam rejecit et ita correxit, ut omnis difficultas sublata sit. Ammonius et Boethius alteram lectionem ita defendunt, ut utramque ferri posse dixerint, quia, quum Aristoteles exempla afferat, nihil intersit num legatur δικαίῳ an ἀνθρώπῳ: quae quidem explicandi ratio minus probanda videtur propterea, quod jam vs. 20 mentio facta est enuntiationis ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος, quare vs. 25 et 30 vix cogitari licebit de alia enuntiatione, in qua ἄνθρωπος sit id quod praedicetur, non id quod orationi subjectum sit. Nobis quidem haec alia ratione explananda videntur. Quae legimus exempla vs. 15—18 duo terminos habebant (ἔστιν et ἄνθρωπος), in iis quae nunc proponuntur ἔστι tertium est quod adjicitur (προσκατηγορεῖται). Jam hos tres terminos (ἄνθρωπος, δίκαιος et ἔστι) non sic distinxit Aristoteles, ut nos solemus: non dixit unum orationi subjectum esse, alterum praedicari, tertium copulare priores, imo de hoc discrimine nostro loco eum ne cogitavisse quidem ipsa verborum collocatio docet ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος: nam dicendum erat ἄνθρωπος δίκαιός ἐστι vel ἄνθρωπός ἐστι δίκαιος, si discrimen, quod est inter singulos enuntiationis terminos, in mente habuisset: apparet igitur ἔστι ab Aristotele hoc loco poni non ut copulam, sed ut tertiam quamcunque enuntiationis partem adjici. Quod si concedis, eadem plane erit ratio verbi ἔστι in iis exemplis quae habuimus vs. 15—18 (ἔστιν ἄνθρωπος)

atque in iis quae jam proponit ἐκ τρίτου προσκατηγορουμένου (ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος): nam naturam verbi esse in conjungendo positam et copulando Aristotelem parum perspexisse aperte docent quae legimus c. 11, p 21 a 25 sqq. Unde factum est, ut quod dicat τὸ ἔστι καὶ τὸ οὐκ ἔστι τῷ ἀνθρώπῳ προσκείσεται καὶ τῷ οὐκ ἀνθρώπῳ sic intelligendum sit „verbum ἔστι et οὐκ ἔστι conjungitur cum reliquis duobus terminis aut affirmatis aut negatis": qui quidem sensus facile invenietur in istis verbis, si a nobis impetraverimus, ut ἔστι non pro copula habeamus sed pro vera et integra enuntiationis parte: quod si recte habet, δίκαιος arctius conjungitur cum ανθρωπος, sicut cum substantivo conjungi solet adjectivum. Enuntiatio igitur ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος non idem valet quod „homo est justus", sed ut verbum e verbo reddamus „est-homo justus". Quae quum ita sint, patet Aristotelem in his non observavisse quid intersit inter esse et existere quod, quum Graecorum unum verbum sit εἶναι, non est quod miremur. Jam si datur hoc discrimen ab Aristotele hic neglectum esse, nemo erit, opinor, quin nostram lectionem admittendam censeat: sumsit enim Aristoteles vocem δίκαιος pro adjectivo quod substantivo suo (τῷ ἀνθρώπῳ) adhaereat, non pro eo quod de homine praedicetur, unde factum est, ut brevitatis causa diceret vs. 25 et 30 ἀνθρώπῳ pro δικαίῳ ἀνθρώπῳ: nam δικαίῳ adjicere noluit, quippe quod facile per se intelligeretur e vs. 21; quae quidem in scribendo negligentia haud levis est, neque tamen ab Aristotelis stilo abhorret. Excusatur autem eo, quod ἀνθρώπῳ quam δικαίῳ scribere maluerit, quia in enuntiatione ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος adjectivum δίκαιος non per se consistere ei videbatur, sed ita cohaerere cum substantivo, ut non per verbum ἔστι cum eo copularetur, sed etiam omisso verbo quod non nisi cum ἄνθρωπος conjungeretur, ei adhaereret. Ceterum in dictione nihil est quod offendat, praeterquam quod τῷ οὐκ ἀνθρώωῳ non eo sensu accipitur, quo poni solet ab Aristotele, ut in unam quasi notionem coalescat „Non-homo", sed significat τῷ οὐ τοιούτῳ ἀνθρώπῳ, quod hoc loco ferendum putavi, quoniam praecessit τῷ ἀνθρώπῳ (= τῷ δικαίῳ ἀνθρώπῳ), quod cur hunc sensum habeat exposuimus.

19 b 25 ὥστε καὶ ἡ ἀπόφασις, h. e. quare etiam Non-est aut cum homine aut cum Non-homine conjungitur.

19 b 26 ἐκ τῶν ὑπογεγραμμένων. Indicant haec verba aliter disposita fuisse sequentia atque nunc leguntur in codd. et edd. Sic. c. 13, p. 22 a 22, antequam tabulam ipsam opposuit, dicit θεωρείσθω δὲ ἐκ τῆς ὑπογραφῆς ὡς λέγομεν. Similem figuram etiam nostro loco adscribendam esse et probat quod dixit vs. 24 κατὰ τὸ στοιχοῦν (quod bene observatum est in scholio quod dedimus in editione Organi Aristotelici p. 41 seq. ex cod. Laurent. et ab Ammonio fol. 35 a extr. ed. Ald. 1503 fol. ἐκτιθέμενος οὖν (ὁ Ἀριστοτέλης) ἐπὶ διαγράμματος τὰς προτάσεις, ὅπερ καὶ ἡμεῖς ὑπετάξαμεν) et quae habemus vs. 35 τὰς κατὰ διάμετρον (de quibus v. Trendelenburgii Element. logic. p. 69 seq.): etenim si uno tenore scribuntur

omnia, non poterit explicari quid sit τὸ κατὰ διάμετρον. Quae figura adscribenda sit patet e vs. 31; locus enim Analyticorum quem dicit is est, quem jam supra commemoravimus ad 19b22, ubi τὸ Γ (τὸ εἶναι μὴ δίκαιον) ponitur ὑπὸ τὸ B (τὸ μὴ εἶναι δίκαιον) et τὸ Δ (τὸ μὴ εἶναι μὴ δίκαιον) ὑπὸ τὸ A (τὸ εἶναι δίκαιον). Tabula igitur hoc modo disponenda erit:

ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος.	οὐκ ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος.
οὐκ ἔστιν οὐ δίκαιος ἄνθρωπος.	ἔστιν οὐ δίκαιος ἄνθρωπος,

Jam apparet quae sit duplex, quam dicit, cujusque enuntiationis oppositio: nam unaquaeque enuntiatio opponitur utrique quae in altera serie collocatae sunt. Figuram ipsam autem in contextum recipere noluimus, ne enuntiationum ordinem (vs. 28 sq. et vs. 34) immutare coacti essemus (etenim quod dicit τούτου ἀπόφασις, id certe non impedit, quin ordo mutetur, quia τούτου referri potest et ad id quod praecessit et ad id quod sequitur), praesertim quum, si vs. 27 et 33 ipsas, quas in contextu habemus, enuntiationes ita disposuimus ut figura postulat, idem etiam vs. 38 sqq. faciendum sit, ubi hoc factum esse ab Aristotele non indicatur. Quod si autem nihil mutamus in contextu, aperte pugnare videntur inter se quae dicit ταῦτα μὲν . . . οὕτω τέτακται: nam non eodem ordine disposita sunt quae praecesserunt atque in Analyticis (51b38 sqq.): quae quidem difficultas alia ratione tolli vix poterit, quam ut aut ordo enuntiationum vs. 28 sq. mutetur aut verba ταῦτα μὲν . . . οὕτω τέτακται e contextu ejiciantur. Quum alterum utrum ut facerem a me impetrare non potuerim, Aristotelis in scribendo negligentiae hoc tribuendum esse mihi persuasi, ut figuram, quam addere voluerit vs. 30 ante ταῦτα, ut ostenderet qualis esse deberet ordo enuntiationum, omiserit. Difficultas omnis remota esset, si pro τέτακται scriptum exstaret τετάχθω. — Praeterea notandum est Joannem Philoponum (v. Scholia Brandisii p. 186b1) habuisse εἴρηται vs. 31, quod et Stephanum legisse probabile est (v. ejus scholion in editione nostra Organi p. 42 ad 19b31) et versio Boethiana praebet: quare recepimus licet invitis codicibus. Premit enim Philoponus formam εἴρηται, ex qua concludit Analytica prius ab Aristotele conscripta esse quam librum περὶ ἑρμηνείας, ab iis vero qui hoc cum recepto librorum ordine pugnare viderent, εἴρηται videtur mutatum esse in λέγεται. Altera tabula priori similis haec est:

πᾶς ἐστὶν ἄνθρωπος δίκαιος.	οὐ πᾶς ἐστὶν ἄνθρωπος δίκαιος.
οὐ πᾶς ἐστὶν ἄνθρωπος οὐ δίκαιος.	πᾶς ἐστὶν ἄνθρωπος οὐ δίκαιος.

19b31—20a3. Si alterum de altero universo praedicatur, vel etiam si quod orationi subjectum est sumitur infinitum, quattuor aliae enuntiationes nascuntur, quarum similis ratio est atque earum de quibus modo diximus.

19b36 ἐνδέχεται δὲ ποτέ, quod de particularibus quae προσδιορισμὸν habent τὸν „οὐ πᾶς“ intelligendum esse patet. Idem valet de indefinitis, quae in priori tabula sunt κατὰ διάμετρον: nam indefinita enuntiatio idem valet quod particularis; vide enim quae dicit c. 7, p. 17b35 δόξειε δ' ἂν ἐξαίφνης ἄτοπον εἶναι διὰ τὸ φαί-

νεσθαι σημαίνειν τὸ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος λευκός ἅμα καὶ ὅτι οὐδεὶς ἄνθρωπος λευκός· τὸ δὲ οὔτε ταὐτὸν σημαίνει οὔθ' ἅμα ἐξ ἀνάγκης.

19b37 Omisimus δύο post δὲ cum codicibus *An*, Boethio et Ammonio (v. Scholia Brandisii p. 123b40 seqq. et not.), quem etiam in eo sequendum duximus, quod habet προστεθέντος, quod bene explicat. Ac primum quidem προστεθέν, quod etiam Boethius habet, non video quem sensum habere possit, non dico bonum, sed tolerabilem. Jul. Pacius vertit »Aliae autem similiter binae inter se opponuntur, quae pertinent ad non homo tanquam ad subjectum quoddam additum,« quod ut ex istis verbis exprimi posset, primum quidem articulus deesse non posset ἄλλαι δὲ δύο αἱ πρὸς ..., deinde praepositio πρός, quamquam fortasse ferri possit eo sensu accepta quo saepius posita est in Anal. prior. ubi (v. e. g. I. c. 15, p. 35a27) verbis ἡ πρὸς τὸ ἔλαττον ἄκρον πρότασις propositio minor et verbis ἡ πρὸς τὸ μεῖζον ἄκρον major significatur, tamen suspicionem movet, quia pendere videtur a participio προστεθέν, quocum, si Pacium sequeris, non jungitur, denique προστεθέν accipi quidem poterit de eo quod praedicatur, non poterit de eo quod orationi subjectum est: subjectum enim dici deberet τεθέν vel ὑποτεθέν, non προστεθέν. Buhlius (in edit. Bipont.) vertit »Reliquae duae vero ratione τοῦ Non homo, ut subjecti cujusdam appositi opponuntur«, quod aut non intelligo aut ineptum est: nam quae sequuntur enuntiationes vs. 38 sq. idem habent subjectum τὸ οὐκ ἄνθρωπος, ut »ratione habita subjecti, τοῦ Non-homo«, non oppositae sint, sed eaedem. Ceterum etiam optimorum codicum vestigia veram lectionem produnt: namque quod Aristoteles dicit hoc est. »Aliae autem opponuntur adjecto alio termino, qui praedicetur, ad Non-hominem, qui tanquam subjectum sumitur«. Quod saepissime habemus in Aristotele, deest pronomen indefinitum: neque esset, opinor, qui haereret, si scriptum exstaret προστεθέντος τινὸς πρὸς τὸ . . ., sive etiam, ne quid omissum esse videatur, προστεθέντος explicare licet per προσθέσεως γενομένης. Nam genitivi absoluti sic nude positi saepius occurrunt apud Aristotelem: v. Topic. VIII. c. 6, p. 160a11 ἐπισημαντέον ὅτι ἀναιρεῖται τεθέντος τὸ ἐν ἀρχῇ. Sophist. Elench. c. 15, p. 174b16 ἀνάγκη γὰρ . . . δόντος μὲν ἔλεγχον (intell. γίνεσθαι) μὴ δόντος δὲ μηδὲ δοκεῖν φάσκοντος ἄδοξον, μὴ δόντος δὲ δοκεῖν δ' ὁμολογοῦντος ἐλεγχοειδές. Problemat. λε' c. 4, p. 965a1 τά σώματα θιγγανόντων ψυχεινότερά ἐστι τοῦ θέρους ἢ τοῦ χειμῶνος. Politic. III. c. 11, p. 1281b13 τούτῳ διαφέρουσιν οἱ σπουδαῖοι . . . τῷ συνῆχθαι τὰ διεσπαρμένα χωρὶς εἰς ἕν, ἐπεὶ κεχωρισμένων γε κάλλιον ἔχειν τοῦ γεγραμμένου τουδὶ μὲν τὸν ὀφθαλμόν, ἑτέρου δέ τινος ἕτερον μόριον. De coel. III. c. 1, p. 299a8 οὕτω δ' ἐχόντων οὐκ ἀνάγκη τὸ τῆς γραμμῆς μέρος γραμμὴν εἶναι.

20a1 πλείους οὐκ ἔσονται, si iis quas Aristoteles nominavit, etiam adjunxerimus eas, quae πᾶς et οὐ πᾶς cum subjecto Non-homine conjungant. Mentionem autem earum facit Aristoteles infra vs. 37. Quae quidem enuntiationes revera a prioribus illis diversae sunt et nequaquam ab illis suspensae (χωρὶς ἐκείνων).

20 a 3 pristinam lectionem προσχρώμεναι restituimus. Idem fecimus vs. 13, ubi edd. Bekkero priores omnes habent μηδείς.

20 a 3—15 In qua enuntiatione copula »est« non exprimitur, latet in verbo.

20 a 5 τὸ αὐτὸ . . . ὡς ἂν εἰ non sic sibi respondent ut usus loquendi postulat: sensus enim hic est: ἐπὶ τούτων τὸ ὑγιαίνει καὶ βαδίζει τὸ αὐτὸ ποιεῖ οὕτω τιθέμενον ὅπερ ἂν ἐποίει τὸ ἔστιν, εἰ προσήπτετο. Cf. quae dicit c. 12, p. 21 b 6 ὅσοις τὸ εἶναι μὴ προστίθεται, τὸ αὐτὸ ποιήσει τὸ ἀντὶ τοῦ εἶναι λεγόμενον. Similis constructio est Meteorolog. I. c. 14, p. 352 a 15 ὥσπερ οὖν ἐπὶ τούτου τοῦ τόπου συμβέβηκεν ὄντος μικροῦ, ταὐτὸ δεῖ νομίζειν τοῦτο συμβαίνειν καὶ περὶ μεγάλους τόπους καὶ χώρας ὅλας. De generat. animall. III. c. 5, p. 756 a 17 ὥσπερ γὰρ καὶ τὸ τῶν ὀρνέων γένος ἐν ἐνίοις ἴσχει μὲν ᾠὰ ἄνευ κυήσεως, ὀλίγα δὲ καὶ ὀλιγάκις . . ., τοῦτ' αὐτὸ συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν ἰχθύων, ἧττον δέ. Meteorolog. III. c. 1, p. 370 b 11 τὸν αὐτὸν γίνεται τρόπον ὥσπερ ὅταν πάλιν εἰς τοὐναντίον ὁρμήσῃ.

20 a 8 Verba τὸ οὔ suspicionem movent: explicant enim quod et facile intelligitur et aliis locis (sicut 19 b 25, ubi dicit ὥστε καὶ ἡ ἀπόφασις) explicatione non dignum ab Aristotele habitum est.

20 a 9 τὸ γὰρ πᾶς οὐ τὸ καθόλου σημαίνει, ἀλλ' ὅτι καθόλου. Quum additur »omnis«, non id de quo praedicatur universale esse indicatur, sed de re aliqua universa aliquid praedicari significatur. Copiosius hoc explicuit Aristoteles c. 7, p. 17 b 5 sqq. λέγω δὲ ἐπὶ τοῦ καθόλου ἀποφαίνεσθαι καθόλου, οἷον πᾶς ἄνθρωπος λευκός, οὐδεὶς ἄνθρωπος λευκός . . . λέγω δὲ τὸ μὴ καθόλου ἀποφαίνεσθαι ἐπὶ τῶν καθόλου, οἷον ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος· καθόλου γὰρ ὄντος τοῦ ἀνθρώπου οὐχ ὡς καθόλου κέχρηται τῇ ἀποφάνσει· τὸ γὰρ πᾶς οὐ τὸ καθόλου σημαίνει, ἀλλ' ὅτι καθόλου.

20 a 10 δῆλον δὲ ἐκ τοῦδε. Manifestum est autem ex enuntiationibus indefinitis, quarum sequuntur exempla, negationem in ea enuntiatione quam proposuit v. 7 non conjungendam esse cum voce πᾶς, sed cum eo quod orationi subjectum est, ἄνθρωπος: etenim ut sibi respondent enuntiationes Homo sanus est et Homo non sanus est, sic quoque Non-homo est sanus et Non-homo non est sanus.

20 a 13 Verborum collocatio locum difficilem reddidit: namque dicturus οὐδὲν ἄλλο προσσημαίνει ἢ ὅτι καθόλου τοῦ ὀνόματός ἐστιν ἡ κατάφασις ἢ ἡ ἀπόφασις scripsit οὐδὲν ἄλλο προσσημαίνει ἢ κατάφασιν ἢ ἀπόφασιν, ὅτι καθόλου εἰσίν. Reliquae vero enuntiationis partes (vs. 14) adjecto vel πᾶς vel μηδεὶς eaedem manent, unde patet quod probare voluit, vs. 8 non dicendum fuisse οὐ πᾶς ἄνθρωπος, sed πᾶς οὐκ ἄνθρωπος.

20 a 16—30 Docet Aristoteles quomodo enuntiatio negans convertatur in affirmantem, affirmans in negantem.

20 a 20 Exemplis allatis ostendit enuntiationem negantem et universalem et particularem consequentem esse posse enuntiationis affirmantis.

20a24 Veram lectionem ex codice *B* in contextum reduximus, cum quo Boethius consentit: etenim ut scribatur ὅτι καί, non καὶ ὅτι, aperte postulat quod vs. 25 habetur ὅτι καί: iteravit autem Aristoteles, ut nobis in mentem revocaret alterum ὅτι καὶ quod praecessit, quam quidem in scribendo usitatam Aristotelis negligentiam parum perspiciens Buhlius uncinis inclusit ὅτι vs. 25. Simili negligentia repetitum legimus ἀλλά Auscultat. Phys. III. c. 8, p. 198b18 ἔχει δ' ἀπορίαν τί κωλύει τὴν φύσιν μὴ ἕνεκά του ποιεῖν μηδ' ὅτι βέλτιον, ἀλλ' ὥσπερ ὕει ὁ Ζεὺς οὐχ ὅπως σῖτον αὐξήσῃ ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης. Sic bis ponitur μᾶλλον Rhetoric. III. c. 5, p. 1407b3 τύχοι γὰρ ἄν τις μᾶλλον ἐν τοῖς ἀρτιασμοῖς ἄρτια ἢ περισσὰ εἰπὼν μᾶλλον ἢ πόσα ἔχει, et μάλιστα Problemat. λγ' c. 17 συμβαίνει δὲ μάλιστα ἀπὸ καταψύξεως ἐκ ῥίγους καὶ λύπης καὶ φαρμακείας τῆς ἄνω μάλιστα γίνεσθαι: quare etiam c. 14, p. 24a7 repetitum ὅτι, quod Bekkerus ejecit, servandum duximus. — Quae de singulis negantur, ea etiam affirmando ita exprimere licet, ut negatio non referatur ad verbum „est," sed ad id quod praedicatur. Non ita in universalibus: nam si sapientia non omnibus tribuitur, tamen omnes non sapientes esse minime consequitur: quare in enuntiationibus universe negantibus negationem non licet conjungere cum eo quod praedicatur: quod si autem conjungitur cum hoc, enuntiatio exibit contraria (nam enuntiationi „Omnes sapientes sunt" contraria est „Nemo est sapiens" sive, quod idem est, „Omnes sunt non sapientes"), non quae repugnat („Non omnes sapientes sunt").

20a31—40 Nomen vel verbum cum negatione conjunctum enuntiationem per se solum non constituit.

20a31 *αἱ δὲ κατὰ τὰ ἀόριστα ἀντικείμεναι.* Ammonius (v. Scholia Brandisii p. 125b34) mente intelligendum putat φωναί, quod unde elici possit non video. Constructio explicanda est hoc modo. In mente Aristoteles habuit quod sequitur ἀποφάσεις, quasi dicturus αἱ δὲ κατὰ τὰ ἀόριστα ὀνόματα καὶ ῥήματα ἀντικείμεναι ἀποφάσεις οὐκ εἰσὶν ἀποφάσεις ὡς ἀληθῶς: quamquam igitur res ipsa non patitur, ut ἀντικείμεναι referatur ad ἀποφάσεις (quod in sequentibus ab Aristotele ostenditur), tamen verba ita comparata sunt, ut, nisi ex ἀποφάσεις φάσεις elicere malis, ad nihil aliud possit referri. Clarius dixisset ἃ ἀντίκειται pro αἱ ἀντικείμεναι. Similem constructionem habemus c. 8, p. 18a20 αὕτη (intell. ἡ κατάφασις) οὐ μία κατάφασις. Sophist. Elench. c. 24, p. 179b23 οὐ γάρ ἐστιν αὕτη λύσις, h. e. οὐ γὰρ αὕτη ἡ λύσις λύσις ἐστίν. Topic. VIII. c. 13, p. 163a15 εἴ τις ἀντικειμένας αἰτήσαιτο φάσιν καὶ ἀπόφασιν, quamquam minus probandum est quod legitur De anima I. c. 2, p. 404a26 Ἀναξαγόρας ψυχὴν εἶναι λέγει τὴν κινοῦσαν. — Sententia nostri loci haec est. Si quis vel verbum vel nomen nudum pronuntiat cum negatione, neque verum est neque falsum quod dicit (quibuscum conspirant quae habemus c. 1, p. 16a12 περὶ γὰρ σύνθεσίν καὶ διαίρεσίν ἐστι τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθές. τὰ μὲν οὖν ὀνόματα αὐτὰ καὶ τὰ ῥήματα ἔοικε τῷ ἄνευ συνθέσεως καὶ διαιρέσεως νοήματι, οἷον τὸ ἄνθρωπος ἢ τὸ λευκόν, ὅταν μὴ

προστεϑῇ τι· οὔτε γὰρ ψεῦδος οὔτε ἀληϑές πω); enuntiationem enim non protulit, imo quod dicit vel minus poterit verum appellari aut falsum quam quod dicit qui sine negatione pronuntiat nomen vel verbum, quia nomen vel verbum cum negatione conjunctum (τὸ ἀόριστον ὄνομα ἢ ῥῆμα sive τὸ ἀ·ώνυμον), ut dicit ibid. c. 3, p. 16 b 15 ἐφ' ὁτουοῦν ὑπάρχει καὶ ὄντος καὶ μὴ ὄντος. — Vs. 33 οὐκ εἰσὶ δέ: sumitur enim in his τὸ οὐκ ἄνϑρωπος, ut dixit 19 b 32, tanquam res una quaedam orationi subjecta. — Quod dicit vs. 37, id jam significavit vs. 2.

20 a 33 Dedimus δόξαιεν, quod nonnulli codices cum Ammonio (v. Scholia Brandisii p. 125 b 36) praebent: error enim, quem meliores codices commiserunt, qui habent δόξειεν, sic levior est quam si cum Bekkero scribas δόξειαν, quod ille propterea videtur praetulisse, quod in sequente ἂν vitii originem deprehendere sibi visus est. Nobis alterum magis placuit, in quo etiam edd. consentiunt. Utriusque formae exempla in Aristotele reperiuntur: Politic. IV. c. 12, p. 1297 a 4 ὑπομείνειαν; ib. VII. c. 1, p. 1323 a 35 συγχωρήσειαν, sed ib. III. c. 13, p. 1283 b 15 δόξαιεν et c. 16, p. 1287 a 41 ζητήσαιεν, quae Bekkerus ipse recepit.

20 a 35 εἰπόντος post τοῦ, quum explicationis gratia additum videatur, codicem B secuti omisimus.

20 b 1—12 Mutato vocabulorum ordine non mutatur enuntiatio.

20 b 4 sqq. Demonstratio, quam Aristoteles dedit, non ab omni parte bene habet. Demonstraturus enim enuntiationem ἔστι λευκὸς ἄνϑρωπος eandem esse quam ἔστιν ἄνϑρωπος λευκός tamquam concessum sumit (vs. 9) enuntiationem οὐκ ἔστιν ἄνϑρωπος λευκός repugnare ei quae dicit ἔστι λευκὸς ἄνϑρωπος: sumit igitur enuntiationem οὐκ ἔστιν ἄνϑρωπος λευκός eandem vim habere atque alteram οὐκ ἔστι λευκὸς ἄνϑρωπος, quod vix dabit qui affirmationes diversas esse contendit. — Bene notavit Julius Pacius quod vs. 7 τὸ οὐκ ἔστιν οὐκ ἄνϑρωπος λευκός Aristoteles sumserit pro exemplo alius enuntiationis cujuscunque, qua quis negari enuntiationem ἔστιν ἄνϑρωπος λευκός ponere velit.

20 b 10 ἔσονται δύο μιᾶς: namque enuntiationis ἔστι λευκὸς ἄνϑρωπος negatio erit et οὐκ ἔστι λευκὸς ἄνϑρωπος (vs. 5) et οὐκ ἔστιν ἄνϑρωπος λευκός (vs. 9), quae quum idem valeant, etiam affirmationem nomine et verbo transposito non mutari consequitur.

THESES.

I.

Animi facultates non habendae sunt pro viribus quibusdam primis et principalibus, quae animo inhaereant, sed ipsae explicandae sunt et derivandae ex una eaque simplici animi qualitate.

II.

Notio absoluti a philosophia aliena esse debet.

III.

Psychologia, nisi eandem fere viam insistat, qua doctrina physica procedit, a vero aberrat.

IV.

»Haec humana illa libertas est, quam omnes habere jactant et quae in hoc solo consistit, quod homines sui appetitus sint conscii et causarum, quibus determinantur, ignari«.

Spinoza, Epistol. LXII.

V.

Aristoteles, quod quartam figuram syllogisticam non invenerit, immerito reprehenditur.
